



Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temulentiaæ
Malo, Eivsqve Remediis, Variis Item Scitv Ivcvndissimis,
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

Förner, Friedrich

Ingolstadii, 1603

Cap. XXVII. Temulentorum effugium sextum; ab improba vulgi opinione,
de osoribus nimii vini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45433

CAPVT XXVII.

Timulentorum effugium sextum ab improba
vulgide oforibus nimis vini opinione.

Q Vise non audet inebriare , aiunt , vir bonus non Obiectio 6.

Q habeatur: Nam aut scelus aliquod designauit, aut
aduic patrabit, nec ingenui candidiue, sed impotentis est
anxi: Cur hoc? Nam sibi tantum non audet fidere , ut
languescule semel potitet , timens, ne flagitia in animo la-
titia, foras prodat. Quid inde? Temulentiam generosi
animi indicium.

Responsio.

Egregium sane vino si animi Indicium, quo, quid
peruersius ab ipso diabolo, ad sobrietatem infestan-
dam, effungi potuisset? An generosæ mentis index,
ita se mero proluere, ut amissa hominis consuetudi-
ne, ac moribus, in bestiam planè degeneres? Quod
candoris argumentum, rixas ciere, pugnas mouere,
tam in suam, quam aliorum perniciē, abditissima,
ac secretissima quæc propalare? Quæ ingenuitatis
nota, humana pariter omnia ac diuina iura violare?
Contrà verò, quod impotentis animi signū, ita vini
appetentiam, fræno quasi rationis coercere, atque
moderari, ut sobrietatis cancellos nunquam transfi-
liat? An non tu potius impotens criminandus ve-
nis, ut potè, qui tam turpiter à vini libidine vincaris?
An non tu æquiori iure, bonorum è virorum albo
expungendus, qui omnem honestatis pulchritudi-
nem, procul à te abieceris? Standum ergò potius
ab illorum partibus, qui ab honesto ac probo viro
Temulentiam abesse volunt.

μαδί οὐ μὴν τοὶ μεθύειν, τὸν ἀνδρα χεῖ,
τὸ μαγαθόμ.

Sed inebriari non decet virum probum.

Solutio:

Hernippus
Comicus
Gracchus

Zec

*Lib. 10. E-
psit. 84. ad
Lucil.*

Zeno quoq; Stoicus docuit, teste Seneca, quod idē ipse affirmat, virum bonum, cane peius & angue, fugitare oportere Temulentiam: *Vult nos, inquit, ab Ebrietate detergere, Zeno vir maximus, huic seclū fortissimac ac sanctissimac conditor. Audi ergo quemadmodum colligit virum bonum, non futurum ebrium,*

Quocirca serpentinum hunc sibilum ne admittant, qui suavi scemel sobrietatis iugo, humeros suos supposuere.

*Obiectio
Septima.*

Temulentorum effugium septimum, ab iis detinum, qui sobrietatem amplexi, è viuis breuius cessere.

Experientia doctū perspè, eos, qui ante à eximis que incliti potatores, totam vitam in lustris ac pīnis triuerant, genioq; semper indulserant, quam prīmū vino nuncium remiserunt, paulatim vita defecisse, ac tūdem breui, ante fatalem diem interiisse: qui in sua bibendi consuetudine si perrexissent, haud dubiè plurimos adhuc annos, incolumes superassent. Quare consultum moverit, ut qui Ebrietati ac cōmissionib; à teneris assūvere, ne in vitam suam crudeles euadant ac violenti, ad sobrietatis castrāse transferant.

Solutio.

Responso.

Scilicet verò, si demus ita esse, ut narras, grauiissimæ Dei offenditæ, tot animæ incommodis, tot ruinis, tot iræ diuinæ, aduersus Ebrios comminationibus, vitæ seruatio corporalis, esset præferenda.

*Sobrieta-
tis bona.*

At nugæ sunt, quas affers: omnium medicorum communī decreto repugnat, sobrietate quenquam imperfectū. Quin potius uno atq; communi ore do-

cent,